

II

NUEVAS BEHETRÍAS DE LEÓN Y GALICIA
Y TEXTOS PARA EL ESTUDIO DE LA CURIA REGIA
LEONESA

En el viaje a los Archivos del NO. de España, de que da noticia en *Varia* Sánchez-Albornoz, tuvimos la fortuna de hallar numerosos documentos interesantes para la historia de las instituciones de León y Castilla. Otros compañeros de jornada dan aquí a la estampa, e irán publicando en estas páginas en los volúmenes próximos, series diversas de diplomas relativos a puntos concretos que puedan atraer la atención de los lectores del ANUARIO. Tócame dar a conocer hoy dos grupos diferentes de escrituras: uno referente a behetrías y otro a la curia regia leonesa.

A

En el archivo catedral de Mondoñedo y en la de la colegiata de San Isidro de León se conservan los dos diplomas que a continuación reproducimos. Aparte de su interés para cuestiones tan necesitadas de estudio como las relaciones entre concejos y señores —el de Mondoñedo— y como las cargas y servicios que pesaban sobre la población rural en León —el de San Isidoro—, uno y otro ofrecen nuevos testimonios de la existencia de behetrías, gallegas y leonesas, tan behetrías como las castellanas, y, sin embargo, ayunas de los aditamentos modernos de diviseros y naturales y de divisas y naturallezas, de que los de Castilla disfrutaban, y que tan equivocadamente han sido interpretadas por Mayer. Los dos textos vienen además a confirmar dos puntos delicados de la argumentación de Sánchez-Albornoz contra las teorías mayerianas. Ambos atestiguan, como sostiene nuestro autor contra Mayer, que había muchas behetrías en dependencia no de un infanzón, o grupo de infanzones, sino de caballeros, de iglesias y aun de simples burgueses. La avenencia entre el obispo de Mondoñedo y el concejo de las Puentes corrobora asimismo la interpretación del Fuero de Llanes por Albornoz, acreditando la existencia, a lo largo de la costa cantábrica, de un cierto tipo de behetrías, entre las que figuraban todavía algunas de mar a mar. Y la concesión de Alfonso IX a la Iglesia de San Isidoro de León

eximiendo de posta, facendera y de todos los pechos y calumnias regias a los hombres de behetría que se sometiesen al señorío del monasterio, comprueba con cuánta razón argüía Sánchez-Albornoz contra la supuesta dependencia de las behetrías de una sociedad de infanzones. Si el permiso concedido por el sobredicho rey de León a la Orden de Santiago para comprar heredades de behetría y la entrada de muchos hombres de behetría en el servicio de la Iglesia de León o del Monasterio de Oña, alegados por Sánchez-Albornoz ¹, contradicen a las claras la sumisión general de todas las bienfetrías a la fantástica corporación de hidalgos, que Mayer ha ideado, las exenciones de Alfonso IX a los hombres de behetría que reconocían el señorío de San Isidoro, es otra prueba clarísima del error mayeriano. Si mal podían depender de un grupo de infanzones quienes poseían capacidad para vender sus tierras a la orden de Santiago o a la Iglesia de Oña, tampoco cabe imaginar sometidos a la supuesta sociedad de hidalgos a esos hombres de bienfetría que se acogían al señorío de San Isidoro. El diploma nos señala además por qué caminos llegaron muchos hombres de behetrías a deber ciertos pechos de carácter público a sus señores, camino ya señalado por Sánchez-Albornoz.

I

1153

Privilegio de Alfonso VII a la Iglesia de San Isidoro de León, para que pudiera recibir en donación heredades de realengo, y eximiendo de posta, facendera y de todos los pechos y calumnias regias a los hombres de behetría que desearan entrar en el señorío del monasterio.

In nomine Domini, amen. Decet inter ceteros homines regiam siue imperatoriam precipue potestatem, quam plura ceteris possidet, ecclesias Dei diligere, viros sanctos amare et eis de propriis regalibus dare, data manu tenere /, uenerari et fouere. Ea propter ego Adefonsus, Hispanie Imperator, una cum uxore mea imperatrice donna Rica et cum sorore mea regina donna Santia et cum filiis meis Santio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum / meorum et peccatorum meorum remissione, facio cartam donationis et textum firmitatis Deo et ecclesie Sancti Isidori Legionensis et uobis priori domno Martino et omnibus eiusdem ecclesie sucesoribus uestris de omnibus

¹ Véase "Muchas páginas sobre behetrías." ANUARIO, IV.

illis hominibus / de benefectura qui ecclesie sancti Isidori uel seniorum qui ibi morantur cum hereditate sua esse uoluerint non dent postam, nec pectam nec fossadariam, nec rausum, nec homicidium, nec manariam et sint liberi ab omni uoce / regia et non seruiant alicui homini nisi priori et senioribus sancti Isidori. Et omnes homines qui hereditates rengalengas uel quascumque incartationes a me per cartam meam uel ab uxore mea uel a sorore mea uel a filiis meis / habent et eas ecclesie Sancti Isidori pro animabus suis dare uoluerint, ego, simul cum uxore mea et cum sorore mea et cum filiis meis, dono et concedo eas priori eiusdem ecclesie et canonicis ibi Deo seruientibus. Restituo / etiam eidem sancto confessori excusatos XII in Legione, sicut ab antiquos noscitur abuisse, ut semper sint liberi ab omni regali fisco. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si uero, quod absit, aliquis ex meo / uel alieno genere hoc meum factum rumpere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda, proditore domini, in inferno dampnatus, et pectet regie parti mille morabetinos. Facta carta in / Legione, VII idus octobris, era MCXCI. Imperante ipso imperatore Toleti, Legione, Gallecia, Castilla, Naiara, Saragocia, Baecia et Almaria, Comes Barchilonie uassallus imperatoris. Santius Rex Nauarre / uassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hispanie hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo.

1.^a COLUMNA:

Rex Santius, filius imperatoris, *confirmans*.
 Regina domna Sanctia, soror imperatoris, *confirmans*.
 Comes Pontius, maiordomus imperatoris, *confirmans*.
 Comes Almanricus, tenens Baetiam, *confirmans*.
 Guterius Fernandiz, *confirmans*.
 Aluarus Petri, *confirmans*.
 Nunus Petri, alferiz imperatoris, *confirmans*.

2.^a COLUMNA:

Rex Fernandus, filius imperatoris, *confirmans*.
 Iohannes, Legionensis episcopus, *confirmans*.
 Martinus, Auriensis episcopus, *confirmans*.
 Comes Ramirus Froilaz, *confirmans*.
 Comes Petrus Adefonsus, *confirmans*.
 Pontius de Minerua, *confirmans*.
 Rodericus Gunsaluiz, maiorinus in Legione, *confirmans*.
 En el centro el signo del Emperador, y debajo:
 Johannes Fernandiz canonicus Ecclesie Beati Iacobi et notarius imperatoris, scripsit.
 Archivo de la Colegiata de San Isidoro de León.

II

1223

Avenencia entre el Obispo de Mondoñedo y el Concejo de Puente de Vinario en que se fijan las relaciones entre el municipio y el prelado, se establecen ciertas normas jurídicas para la vida de los moradores de aquél y se estatuye sobre la condición de los behetrías de la villa.

Conozuda cousa seia a quantos esta carta uiren e oyren que empre / zença de mi Ffernán Dominguez, publico notario jurado dado do bispo / en villa Maior, o Bispo de Mondoñedo e o Cabildoo desse lugar / mostraron un privilegio del rey don Ffernando e sellado de seu / seello pendiente, ffeyto en esta maneyra: Notum sit omnibus tan pre / sentibus quam futuris quod ego Ffernandus, Dei gratia Rex Castelle / et Toleti, Legionis et Gallecie, inueni conuenientiam inter episcopum / Minduniensem et concilium de Ponte Vinarii conditam in hunc modum. In / nomine domini amen. Hec est aduenientia inter episcopum Minduniensem et concilium / Pontes de Vinario per dominum Adefonsum regem Legioniensem ffacta. In primis dominus / episcopus debet adiuuare et amparare concilium, et concilium amare et ad / iudare episcopum et seruire ei fideliter tamquam episcopo suo et domino apud Deum / et regem, qui est dominus de toto. Concilium debet beneparare episcopo uoces / et totas suas directuras ecclesiarum uille et alfoz; Ita tamen quod episcopus / habeat quietamente ecclesias et tertiam partem uocis et calumpnie et / Rex tertiam et Alcaldes tertiam. Petitum acro singulorum morabitorum unius / cuiusque anni habeat episcopus medietatem et Rex medietatem, tam de / uilla quam de alfoz et similiter portaticum et alias ganancias uille et / alfoz, per alcaldes et maiordomum quam debent gardare et parare ei / hene totas suas directuras. Et si episcopus opus habuerit, Concilium / ad amparamentum suum et sedis debet uenire. Similiter, si concilium opus / habuerint, Episcopus ad amparamentum uille debet uenire, et episcopus stare cum / concilio et concilium cum episcopo ad amparamentum terre et seruicium Regis et / non colligere, nec uendere, dare nec comparare inimicis sedis uel regis. Set si / episcopus de concilio querellam habuerit ad concilium debet uenire et per forum / uille debent ei emendare et si forte non potuerint adhibeant tres / uel quatuor bonos homines de concilio et totidem de episcopo qui iurent sic / stare pro una parte quomodo pro alia, et, ubi se magis acordauerint, / illud ualeat; set qui ad Regem appellare uoluerint non negetur / ei. Populatores uero ubi uoces fecerint ibi debent emendare. Foras / de suo alfoz non debent habere uicinos uel forarios, nisi teneant ho / die casas maiores in uilla et populent et tales quitat eis episcopus nisi / sint de seruitio uel maiordomi uel seruicia-

les. Benefactorias uero recipiant / undecumque ueniant, si sint de mare ad mare; *et* alias, que non fuerint / de episcopo, recipiant similiter. Facta in Castro Torafe, IIII die Iulii, / Era MCC LXI. Supra dictam compositionem concedo *et* confirmo / *et* mando quod ualeat. Ffacta carta apud Sanctum Iacobum, Rege exprimente, / XX die Februarii, Era MCCLXX. Martinus notuit.

Et de como o Bispo e o Cabildo sobreditos en mina presenza este priuile / gio mostrauan pidieron a mi, deuan dito notario, que eu que le desse del o tras / lado feyto per mina mao en testimonio de uerdade; e eu dillo e puge / en elle meu nome e mea sinal. Era de Mill e CCC e XVIII annos / e oconto XV dias andados dagosto.

Arch. Catedral de Mondoñedo.

B

Hace tiempo que Sánchez-Albornoz publicó su monografía sobre la Curia Regia portuguesa, en la que anunciaba ya la aparición de un libro sobre la Curia Castellana. Acaso sus estudios acerca de la historia política de Asturias y sobre la historia de las instituciones asturleonesas le apartaron de aquel propósito. En los Archivos de San Isidoro y de la Catedral de León hallamos varios diplomas de interés para la investigación de la Curia Regia de León y Castilla, que ofrecemos hoy a los lectores del ANUARIO. En ellos se muestra actuando como consejo y como tribunal regio, y en su doble papel interviniendo en una serie muy diversa de asuntos que abarcan desde las apelaciones contra sentencias de jueces eclesiásticos hasta los litigios entre señoríos y concejos, y resolviendo desde pleitos sobre los diezmos y tercias de algunas iglesias hasta contiendas acerca de derechos señoriales. Algunos de estos diplomas tienen, además, utilidad para la historia del procedimiento judicial de León y Castilla, tan necesitado de la dedicación de un jurista historiador. Otros atestiguan la temprana entrada en la Curia Regia de jurisperitos, que habían de acabar dominando en ella, hasta conseguir casi monopolizar el consejo real. Alguno muestra de qué manera los alcaldes de la Corte o Curia resolvían aisladamente por delegación regia incluso asuntos de gravedad, como el pleito entre la Iglesia y el Concejo de León acerca del juez del obispo que actuaba con los jueces de la ciudad, y por último la mayoría de los diplomas que siguen, pueden ser además interesantes para el estudio de la organización municipal leonesa.

I

1062

Pleito entre el obispo de León y el abad de San Pelayo acerca de la villa de Perolanos y el mandamento de Torio, terminado mediante la pesquisa decretada por Fernando I.

In era M^a XC^a, die III^a feria, IIII^o nonas marcii. Horta est intemptio inter pontifice domno Cipriano, sedis sancte Marie Legionensis, et de alia parte / Froila, abbas sancti Pelagii, item cimiterii Legionensis. Et deuenimus inde in concilio ante rex domnus Fredenandus et regina domna Sancia, hic / in Legionc, ante homines magnati palatii; dicente Froila abbati pro uilla / que uocitant Perlanos, quomodo debet esse de sancto Pelagio sicut et toto / illo alio mandamento de Torio, et uolebat eam tornare ad sancto Pelagio. Et respondit ille episcopus: Non faciat deus tale, set est ipsa uilla de sancta Maria / de Mazaneta, et obtinuit illa pagata in facie de illos abbates de sancti Pelagii per tempus tricenis et quinquagenariis, nulla censura illis reddentibus / usque nunc tempus, quando uenit ipse abbas ausu temerario et disruptit ipsos tempus super exaratos et mitit ipsa uilla in calumnia. Et stamus in presentia / domni regis ut iudicet ueritate. Ad has uero assertiones, dedit ipse iudicium ut determinassent sapitores ipsa uilla per suis terminis, per ubi illa / tenuerunt infra ipsos tricenos, et priuasset sacramento ille abba de sancta Maria, sibi tertio, quia semper illa sic abuerunt possessa et auindicassent illa / sicut et fecerunt. Tunc perrexerunt uigarios de utrisque partibus ad ipsa uilla, id sunt: Fredenando Saluatorizi, qui est merino in Legionc; Exemeno Uelasquizi, qui tenet / Luna, Gordone et Alba; Uermudo Froilazi, qui mandat Torio, et Citi Maruanizi, qui est merino in Sancta Maria de Regula. Et determinarunt illos sapitores ipsa / uilla per illo uallino de Trascasa de Citi Ferreiro et per illas archas antiquas et adfiget se in rego et inde tras rigo usque ad termino de fratres de Sancta Maria / et de alia parte per uallino unde primis diximus et adfiget se in carreira trauesa, que discurrit ad illa frecta, et inde in termino de Tanecos / et peruenit ad illo mollione que sedet trascasa de Asuiro (?) et inde sommo ripa usque in rigo maiore item concludit in termino de Sancta Maria. / Ipsa uilla infra ipsos terminos sic pupulauit illa Fermosendo et alios homines hic habitantes et obsequium reddentes ad Sancte Marie post quam / determinauerunt ea et iurauit ipse Didacus abba, Uini Arainizi et Gartia Domenquizi quia sic est ueritas quomodo de sursum resonat. / Ita ut non calumniet nullus homo a parte Sancte Marie pro ipsa uilla in nullis diebus et qui ex inde aliter fecerit pariet quantum calumnierit / duplatum et a parte cui lex iusserit solidus C, et hunc placitum plena abeat roborem.

Froilani Abba in hanc agnitione manu mea.

1.^a COLUMNA:

Prædenando Saluatorizi *confirmat.*
 Exemeno Uelasquizi *confirmat.*
 Albaro Citizi *confirmat.*
 Sauaricus abba *confirmat.*

2.^a COLUMNA:

Uiui *presbiter testis.*
 Don Patres *testis.*
 Placentius *presbiter testis.*
 Agila *presbiter testis.*

3.^a COLUMNA:

Monio *presbiter notuit.*
 Arch. Catedral de León.

II

1182

Concordia entre el obispo de León y el concejo de Mansilla sobre la jurisdicción eclesiástica, diezmos y tercias de la iglesia de la villa, concluida ante la Curia Regia, reunida en Astorga.

Era MCCXX et mense Septembri. Orta fuit contentio inter dominum Manricum, Legionensem episcopum, et canonicos eiusdem ecclesie cum hominibus de Man / sella super ecclesia Sancte Marie ipsius uille, quam prefatus episcopus cum canonicis de regis donatione ad Legionensem ecclesiam assererat iure / hereditario pertinere. Hoc autem iam dicte uille habitatoribus non concedentibus, de beneplacito domini regis in eius curia apud Asto / ricam, pluribus honestis personis astantibus, ad talem deuenerunt concordiam. Placuit tam episcopo quam ipsi concilio ut prenominatam ecclesiam / Sancte Marie de Mansella clerici, qui eam tenebant, in bona pace ecclesie Legionensi dimitterent, et totum concilium cum clericis suis ipsam / ecclesiam tamquam uacantem domno episcopo daret, et eam ecclesie Legionensi in perpetuum habendam hereditario iure concederet, et ipsum concilium cum clericis / suis V ecclesias de nouo infra muros hedificarent, in quibus terciarios Legionensis sedis recipere et tercias omnium decimarum de ipsis ecclesiis /, prandium et arietem et cetera iura, ad Legionensem ecclesiam pertinencia, sine contradictione persoluerent, interdictum modis omnibus tam clerici quam / laici obseruarent. Et si de ipsis V ecclesiis uel de aliis que extra muros sunt aliquam dare uoluerint, non liceat eis nisi Legio / nensi ecclesie. Si autem per concambium a iure et dominio suo aliquo modo alienare uoluerint, non liceat eis inde pactum aliquod fa-

cere / nisi cum ecclesia Legionensi. Verum quia clerici predictae ecclesie Sancte Marie iuri suo, quod in eadem ecclesia uidebantur habere, nolu / erunt abrenunciare, memorate sedis episcopus dominus Manricus, pro bono pacis et concordie nutriende, uolens concilio satisfacere, / medietatem eiusdem ecclesie ipsis clericis, qui eam tenebant, in uita sua concessit habendam, excepta tertia de omnibus que de ipsa / ad Legionensem ecclesiam noscitur pertinere et ei debent persoluere; ita scilicet, ut Legionensis episcopi cum ipsa medietate semper sint fideles / uasalli, et cum alter eorum decesserit in partem eius episcopus Legionensis succedat. Mortuis autem omnibus, tota ipsa ecclesia cum omni directu / ra et iure suo ad Legionensem ecclesiam redeat. Si uero extra muros facta fuerit populatio, et ibi ecclesie fuerint necessarie / secundum quod domno episcopo placuerit, ibidem, hedificentur ecclesie, de quibus tertia omnium decimarum et omnia Legionensis ecclesie iura, sicut de / predictis V ecclesiis dictum est, earum clerici persoluant. Preterea dicimus de ipsis ecclesiis, que infra muros fuerint facte, ut equales / habeant parrochias, prout domno episcopo eas placuerit terminare. De ecclesiis autem que in hereditatibus uel termino de Mansella fuerint / facte, statutum est ut in eis terciarii Legionensis ecclesie recipiantur et de omnibus decimis inde terciie persoluantur et cetera Legionensis ecclesie / iura reddantur et ipsarum ecclesiarum decime secundum domni episcopi arbitrium diuidantur. Facta est autem hec conueniencia siue concordia de / beneplacito domni episcopi necnon et tocius concilii et ut dictum est, concedentibus et applaudentibus clericis.

Arch. Catedral de León.

III

1190

Decreto dado por Alfonso IX en la curia reunida en León, por el que concede a los canónigos leoneses deshonor de infanzón, les exime de portazgo, otorga al obispo el tributo de los judíos y los pechos reales del señorío de la Iglesia, libera a ésta de yantar, prohíbe que nadie la tenga en encomienda, y dispone que ni el prelado prendase a los canónigos, ni éstos a aquél.

In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Quia catholicorum regum esse dinoscitur sacra loca et precipue cathedrales ecclesias diligere ac uenerari et eas suis / ditare muneribus, ut dantes temporalia eterna premia consequantur, iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, filius inuictissimi regis Fernandi diuino / nituitu presenti pagina notum fatio modernis et posteris quod, de consilio totius curie mee, firmo et statuo cum id a predecessoribus meis statutum sit et firmatum / ab antiquo, uidelicet: quod unusquisque Legionensium cano-

nicorum et aliorum eiusdem ecclesie sociorum habeat D solidos pro desorna sua. Statuo etiam ut nullus pignoret proprias / res eorum uel bestias ipsorum res deferentes et nullus maiorinus uel sagio uel homo alius accipiat portaticum de pane, uel de uino, uel de aliis rebus ipsorum, nec de / bestiis similiter res eorum deferentibus. Addicio insuper ut episcopus ipsius ecclesie habeat medietatem in toto honore Sancte Marie: de iudaica et de pecta regis; et quod nullus comedat in toto / honore ipsius ecclesie Beate Marie pro aliqua causa: siue dominus sit de alfoz siue non; et quod nullus habeat honorem ipsius ecclesie Beate Marie in Manposta; et quod episcopus uel homines sui non / pignorentur pro canonicis uel hominibus eorum. Similiter neque canonici nec homines eorum pignorentur pro episcopo uel pro hominibus eius; et quod nullus intret pro aliqua causa in casas canonicorum et aliorum / sociorum eiusdem sedis. Concedo preterea et firmo omnia testamenta a predecessoribus meis eidem ecclesie collata. Hoc autem facio pro remedio anime mee et parentum meorum et quia particeps esse / desidero omnium honorum que in Legionense ecclesia domino exhibentur. Siquis igitur de meo uel alieno genere hoc meum factum spontaneum infringere temptauerit, iram Dei et regiam indignationem incur / rat et pro ausu temerario parti regie pectet M. morabetinos, et quod inuaserit predictae ecclesie in duplum restituat, et hec karta firma permaneat. Facta karta Legionae, sub era MCC / XXVIII et quot VIII Kalendas Decembris. Ego Rex Adefonsus hoc scriptum, quod fieri iussi proprio signo roboro et confirmo.

I.^a COLUMNA:

Petrus, Compostellanus Archiepiscopus, confirmat.
 Iohannis, Outensis Episcopus, confirmat.
 Lupus, Astoricensis Episcopus, confirmat.
 Rodericus, Lucensis Episcopus, confirmat.
 Adefonsus, Auriensis Episcopus confirmat.
 Petrus, Studensis Episcopus, confirmat.
 Rabinatus, Mindoniensis Episcopus, confirmat.
 Petrus Vele, regis cancellarius, confirmat.

2.^a COLUMNA:

Comes Gomez, tenens Transtamaram, confirmat.
 Comes Froila, Villam Francam, confirmat.
 Poncius Uele, Asturias, confirmat.
 Aluarus Pelagii, Astoricam, confirmat.
 Garsias Lupi, Extremaduram, confirmat.
 Iohannis Fernandi, regis signifer, confirmat.
 Petrus Fernandi regis maiorinus, confirmat.

En el centro la rueda de Fernando II, y debajo:

Gundisaluus Fernandi, regis notarius, scribi iussit et confirmat.
Arch. Catedral de León.

IV

1208

Decreto dado por Alfonso IX en la curia reunida en León, eximiendo del pago de portazgo en todo el reino a los canónigos leoneses, sus hombres, sus bestias y sus cosas.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam hornant potenciam primum est et precipium Sanctas Dei Ecclesias diligere ac uenerari easque ab incursibus prauorum / hominum tueri et defendere et a prauis et indebitis exactionibus liberare. Idcirco notum sit per hoc scriptum firmissimum et semper duraturum quod ego Adefonsus, Dei / gratia Rex Legionis et Gallecie, cum assensu domini Petri Compostellani Archiepiscopi, ceterorumque episcoporum et principum, obtinatum et militum regni mei, in curia quam apud Legionensem / ciuitatem sub era MCC XLVI celebraui, decreui et inuolabiliter obseruandum statui quod canonici Legionensis ecclesie nullum in regno meo dent portaticum tam de pane / quam de uino, quam de ceteris rebus suis, quas ipsi uel homines sui portauerint. Et firmiter defendo quod nullum portaticum a bestiis que res eorum portauerint exigatur /: siue ipse bestie sint proprie canonicorum siue sint conducticie, siue acomodate, siue gratis date, uel quocumque modo habite. Nec de sarcinis earum aliquo modo portarii porta / ticum exigere presumant. Hoc autem facio. ob remedium anime mee et animarum patris mei et auorum meorum et quia in priuilegiis que ecclesie Legionensi a predecessore / ribus meis liberaliter fuerunt concessa hec predicta reperi data et inuolabiliter obseruanda. Siquis igitur contra hanc firmissimam sanctionem uenire / presumpserit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat et siquid inuaserit in duplum componat et pro ausu temerario Regie uoci in / penam M morabetinos persoluat carta nichilominus in suo robore permanente. Ego Rex domnus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigillo meo / communitio. Facta Karta apud Legionem mense Februario. Era MCCXLVI. Regnante Rege domno Adefonso Legionis, Gallecie, Asturiis et Extremadura.

I.ª COLUMNA:

Petro III.º Compostellano Archiepiscopo.	
Adefonso Auriense	episcopo.
Suerio Tudense	episcopo.
Rudericó Lucense	episcopo.

Pelagio Minduncense	episcopo.
Iohane Ovetense	episcopo.
Petro Astoricense	episcopo.
Martino Cenorensē	episcopo.
Gunzalus Salamanticense	episcopo.
Martino Ciuitatense	episcopo.
Arnaldo Cauriense	episcopo.

2.^a COLUMNA :

Comite domno Fernando, regis uassallo existen / te. Comite domno Gomez, regis uassallo existen / te, tenente Trastamarem /.

Domno Ruderico Petri, tenente Asturias /.

Domno Fernando Fernandi, tenente Extre / maturam. Domno Fernando Gonzalui, / tenente Taurum, Maioricam et Vilarpandum / . Domno Ruderico Gonzalui, regis signife / ro, tenente Sarriam, et Montem / Nigrum. / . Pelagio Martini, regis merino existente.

Fernando Compostellano Decano, regis cancellario existente.

Arch. Catedral de León.

V

1219

Contienda entre el abad de Celanova y el caballero Pedro Fernández acerca de la propiedad del monasterio de Arnoya, ya fallado por el rey Alfonso IX y su curia, en apelación de las sentencias del obispo de Orense y del arzobispo de Braga.

Nouerint cuncti presentem paginam inspecturi quod, cum causa iuter Petrum, abbatem, et conuentum Cellenoue ex una parte et Petrum / Fernandi, militem, ex altera super monasterio de Arnoia, coram Auriense episcopo, iudice ipsorum ordinario, uerteretur, et ex parte / militis ad Bracarensem archiepiscopum extiterit appellatum. Idem archiepiscopus, de causa plene cognoscens eadem, dictum mo / nasterium de Arnoia adiudicauit monasterio Cellenoue, et abbatem in possessionem induxit. Et quia monasterium Cellenoue in pos / sessionem monasterii de Arnoia per censuram ecclesiasticam non poterat defendere, regie sublimitati supplicauit, potestatem / regiam inuocando, ut abbatem Cellenoue in possessionem defenderet et iam dictum militem, quia possessionem turba / uerat ab eodem archiepiscopo excommunicatum, et euitaret et ab aliis faceret euitari. Et quia dominus Rex dubitauit an ip / sius archiepiscopi mandato obedire teneretur, apud Legionem, Legionensem et Astoricensem episcopos et iuris peritos et curiam et / iudices curie et iudices Legionis insimul conuocauit, et omnia acta superius denotata in medium curauit de / ducere, et quid ipse super hoc de iure deberet facere requisiiuit.

Interrogatus dominus Rex a dictis episcopis et curia, si ar / chiepiscopus Bracarensis eidem mandauerat, sicut superius continetur, respondit quod mandauit ei et uiua uoce et litteris si / gillatis quas deduxit in medium. Unde nos Rodericus Legionensis et Petrus Astoricensis episcopi, habito peritorum consilio, necnon mag / natum et iudicum curie et Legionis, inspectis etiam actis et sententia sigillo archiepiscopi Bracarensis sigillatis / domino Regi consuluimus quatinus abbatem Cellenoue in possessionem monasterii de Arnoia iuxta mandatum predic / ti archiepiscopi tueretur et tanquam excommunicatum sepedictum militem euitaret. Actum in Legionem in curia do / mini regis, era M^aCC^aL^aVII^a, II^a nonas nouenbris.

Arch. Catedral de León.

VI

1241

Sentencia de Fernando III en el litigio que mantenía el obispo y el concejo de León acerca de los yantures, encomiendas y martiniega del alfoz, que la ciudad reclamaba como señor de aquel, y sobre los escusados de la iglesia leonesa y la oposición de ésta, a que pasaran a la villa las heredades abadengas.

Connosçida cosa sea a todos quantos esta carta uieren como sobre contienda que auie el Concejo de Leon con el Obispo e con el Cabildo de / Leon e con los uassallos que auien en la villa e en so alfoz, uinieron ambas las partes ante mi don Ferrando, por la gracia de Dios, Rey / de Castiella e de Toledo, de León e de Gallizia e de Cordoua e de parte del Concejo demandaron a los uassallos del Obispo e / de la iglesia que deuen dar con ellos en iantar de Rey, quando Rey uiniesse a la tierra; e otrosi demandaron que la iantar que el Ricombre / auie ante que el Rey les diese el alfoz que la diessen a ellos. Demas demandaron que la iantar que dar solien al merino maior e la iantar del / merino menor, que era so el, que la diessen a ellos, pues que el alfoz auien. Otro si demandaron que las comiendas que el Ricombre solie auer con / sus derechuras que ellos las deuien auer e demandaron el Castro de los judios de que dizien que tenien priuilegio; e demandaron que el so portero de / uie auer el rediezmo de la sacaduría de la Martiniega por que la saca. Otro si dixieron que el Obispo e sos calonigos tomauan escusa / dos quales non detuen e dizien que el Obispo e los calonigos uedaban a sos uezinos que non acarreasen las heredades del Abadengo a la villa de / Leon que solien acarrear en dias de myo padre. Demas dixieron que en quantos pedidos Rey fiziesse al Concejo de Leon que deuien dar con ellos / los uassallos de la iglesia e fazer hueste con ellos. Et todas estas cosas sobredichas contradizie la iglesia de Leon e dizie que non era assi / como ellos dizien. Et yo Rey don Ferrando, oydas todas las razones e

